



**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi  
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &  
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ  
proprietarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Qvintum

**González Téllez, Emanuel  
Francofurti Ad Moenum, 1690**

Addenda Quædam, Et suis locis reponenda, prout in sequentibus notatur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74544](#)

## ADDENDA QUÆDAM.

Et suis locis reponenda , prout in sequen-  
tibus notatur.

### In Apparatu.

**D**icitur Ost apparatum istum typis datum, pervenit ad manus meas verus Bibliotheca Pontificia, nuper edita opera, & studio Henrici Iusteli, ubi extant veteres canonum collectio-nes, tam Ecclesia Orientalis, quam Occidentalis: ex quibus constat, in Oriente primò Ioannem Scholasticum Antiochiae Presbyterum, Patriarcham CP. à Justiniano electum, collectionem canonum Orientalium in quinquaginta titulos edi-disse. Deinde Alexium Aristinum Diaconum Ecclesie CP. (de quo Gilbertus Genebrardus lib. de Trinit.) epitomen canonum fecisse jussu Imperatoris Comneni. Item Simeonem Magistrum Logothetam, epitomen etiam ipsorum canonum, sed diver-so ordine edidisse. Deinde Arsenium Monachum Patriarcham CP. qui floruit circa annum 1255. synopstum canonum sub nomine Nomocanonicis scripsiisse; quas collectiones nuper dedit Henr. Iustel. tom. 2. Bibliothece. Circa Ecclesiam Occidentalem constat Dionysium Exiguum ex Concilis Latinis & Græcis composuisse suam collectionem, præci-piu ex Codice canonum Ecclesie universali, edito paulò post Concilium CP. primum, sub Theodo-sio Magno, à Stephano Ephesino Episcopo. Ulti-mum Codicem , necnon collectiones Ferrandi, & Cresconii dedit Henr. Justel tom. 1. dicitur Bibliothece. Aliam collectionem elabora-vit Ferrandus, qui floruit Iustini, & Iustiniani temporibus in Ecclesia Carchaginensi, cuius fuit Diaconus, ut ex Chronicō Victoris Tununensis constat, & ejus meminit Facundus Hermianensis Africa Episcopus. Longè post Ferrandum suam edidit collectionem Cremonius, qui floruit per annos 527. ut in eo notavit Baronius, eo tem-pore, quo Ioannes Patricius Victoriam de Sarra-cenis in Africa reportavit, quam Cedrenus ad an-num tertium Imperii Leontii refert.

Traditiones Ecclesie, de quibus egimus in hoc apparatu, probant, & defendant S. Bafl. de Spiritu sancti. cap. 27. Dogmata qua in Ecclesia servantur, & predicanter, partim ex scripta doctrina habe-mus, partim ex Apostolorum traditione ad nos de-lata. Irenæus cap. 4. lib. 2. Cyprianus epist. 74. Da-mascenus lib. 4. orthodox. sive cap. 7. D. Aug. rela-tus in cap. in his 7. dist. 11. Imperatores in l. cum re-Eta 5. l. nemo, l. cum Salvatorem, C. de summa Trin. Agunt de eis ultra congestos in prælenti, & in cap. 1. de confuet. Bordonus tom. 1. de mai tribun. cap. 7. q 1. num. 7. Beccan. in sum. tom. 3. p. 2. tract 1 cap. 4. num. 1 Christ. sup. in schol. ad Synod. 8. Gener. tom. 2. fol. 1272.

De authoritate canonum Apostolorum agunt Jacob. Bonfred. in prælog. ad com. Peut. cap. 5. sect. 9.

Ludov. Bail. in summa Concil. tom. 1. pag. 20. Christ. Lupus in scholis ad can. 2. Syn. Trul. pag. 867. Domi-nic. Gravina cathol. præscript. p. 2. contr. ov. 8. art. 1. ad 4. Rousell. lib. 1. hist. Pont. jurisd. cap. 4. nn. mero 6.

### Addenda & reponenda in Libro primo.

#### Ad cap. 2. de summa Trinitate.

IN hoc textu illud non duxi omittendum, vide. Illicet Trinitatis appellationem vetustiore esse, quā creditum est viris eruditis, qui scribunt, eam primum receperat fuisse, in Synodo prima Alexan-drina celebrata anno 315. nam Iustinus Martyr, Scriptor longè antiquior, in libro de expositione fidei, ait: *Unitas namque in trinitate intelligitur, & trinitas in unitate noscitur.* Et Lucianus, qui eodem ferè tempore vixit, in dialogo de scripto Phi-lopatheüs, &c & apertè & distinctè significat, que tunc fides esset Christianorum, & more suo Reli-gionem eorum irridet dum ait: *Quemnam igitur tubi jurabo Deum, alterè regnante, magnum, immor-talem, cœlestem, Filium Pauris, Spiritum ex Pare-procedentem; unum ex tribus, & ex uno tria.*

#### Ad cap. Ecclesia, de confit.

Originem hujus Ecclesie sanctæ Mariæ illu-strant Franc. Maria Florent. in Maryr. die 5. Au-gusti, exercit. 2.

Destinatus formam certam præscribentibus te-stamentis & contractibus agit Sperellus decif. 10, 11. 12. 13. & 123

#### Ad tit. De rescriptis, cap. 1.

In verbo Magistra, add: Concil. Chalced. alt. 1. Anaclet. in epist. Concil. Aquilei. in epist ad Grat. Imperat. totius orbis Romani apud Romanam Ecclesiam. Theodosius Tyrensis epist. 116.

#### In cap. nonnulli 28. num. 3.

Certum est, leucam vocem gallicam esse. Isid. lib. 15 orig. cap. 16. Mensuras viarum nos millaria, dicimus; Grati stadt; Galli tenas. Egypti ignes. Perse parafangas, lornandes de rebus Gotthicis cap. 2.6. Convenit itaq; in campo Caithalannico. C. linguas ut Galli vocant Ammianus Marcell. lib. 15. Qui locus exordium est Galliarum, exindeq; in mil-leis passibus, seu lenguis itineria metiuntur. Strabo lib. 4. probat Alteffera lib. 2. de reb. Aquit. c. 5.

## Ad cap. 1. de consuet.

Locum Plinii in verbo *Xeniis*, relatum illustrat Federic. Brumel. ad leg. Cinciam. cap. 7.

## In cap. 4.

Ad solutionem primæ difficultatis: Videndum est Morinus lib. 1. exer. 3. cap. 1.

## Ad cap. 2. de elect.

Præsentem canonem illustrant Christ. Lopus in ejus scholis, Allesserra incipite Cum inter hoc etiū. Simond. in notis ad Synodos lib. 4. epist. 25.

## In cap. 4. num. 4.

Hanc Abbatis Nertini sententiam improbat Franciscus Florens ad titulum de authorit. & usu pal. & credit in præsenti referri epistolam Paschalis II. missam Collofensi Archiepiscopo, & ita eam ad Hungariam pertinere. Movetur perdoctus vir, primò quia in ea referuntur depositiones, atque translationes Episcorum, quo in ea Provincia natus Regio siebant; quare Bella Rex Ungaria concessit Alexandro III. ut absque auhoritate, & consilio ejus, vel successorum suorum depositiones, seu translationes Episcoporum non faceret, vel fieri permitteret. Diploma Bellæ extat inter acta Alexandri III. & Federici I. emendatus quām apud Baronium ad annum 1169. num. 40. & 41. Sed pro sententia Abbatis Nertini, quam amplexus sum, facit quod legitur in collect. historiarum, quam Author inscripti Flores Historiarum, his verbis: Tempore Paschalis fuerunt Reges Sicilia Rogerius, & Bernardus Fratres; & cum mississet Paschalis Archiepiscopo Panormitanus pallium, & fidelitatis jaramentum exigeret, offendit eares Archiepiscopum. & Reges, atque optimates Regni: dicebant enim rem effrenavam, & habere speciem tyrannidis.

## In cap. 5.

Schisma in hoc textu relatum latè narrat Novus Notator Petri Bleensis in epist. 17.

## In cap. 7. num. 9.

Ætas triginta annorum dicitur perfecta, l. 3. rit. 2. lib. 10. legum Visigoth. Nazianz. orat. 40. Quia hæc ætas perfectum virtutis argumentum, docendique maturitatem habet. Theoph. in Lucam cap. 3. Ætas illa perfectissima est. Et in Ioan. cap. 1. Vir autem dicitur dominus, fortassis propter etatem perfectam, quoniam triginta annorum erat cum baptizaretur. Gregor. VII. epist. 5. ad Episcopos Britannia: Non admitti juvenem quendam praelarum genere, & honestis moribus ad Episcopatusonus portandum. Hincmarus tamen in vita sancti Remigii ait, eum anno 22. Archiepiscopum electum esse. Et ut cætera exempla mitram, Eleuterius propter eximiam virtutem, vigesimum annum agens Episcopus Illyrici ordinatus est, ut scribit Niceph. Callixtus lib. 3. hist.

In eodem commentario, verba illa: *Quia non cognovit literaturam, Sepuaginta legunt. Quia non D.D. Gonzal. in Decretal. Tom. V.*

cognovit negotiationes. Quos sequuntur Arnob. Chrysoſt. & August. Veilio Ethiopica habet: *Quia non cognovit numeros.* Chaldaica: *non Cognovit numerum.* Quâlitera retentâ verum sensum hujus loci affixat Novus Notator Petri. Bleſ. in epif. 17.

## Ad tit. de authorit. &amp; usu pal.

Originem hujus pallii repetunt, & illustrant Morinus de sacris ordinis in notis, num. 19. Andreas Saufay de mysticis Gallia Script. cap. 3. ubi formam ipsius pallii tradit, & usque ad cap. 12. de usu hujus pallii agit; necnon titulum hunc illustrat, & post eum Franc. Florens, quibus illud addendum duxi, novum non esse, per pallii traditionem, quandam supremæ maiestatis autoritatem conferri, ut fecisse Imperatores Romanos liquet ex literis Imperatoris Commodi ad Clodium Albinum, apud Capitolinum in Albino: *Ut tibi insigne aliquod Imperialis dignitatis accedit, habebis utendi coquinei pallii facultatem, me presente;* & ad me, & cum mecum fueris.

## Ad cap. 1. de renunc.

Potest etiam præsens textus referri ad renunciationem factam ab Eskillo Lugdunensi Archiepiscopo, qui ab Alexandro III. petit licentiam cedendi, ut ad Cistercienses Monachos se transferret; quam iteratis precibus impetravit, ut refert Saxo Gramm. lib. 14. Videndum P. Cellensis lib. 1. epif. 23. & lib. 7. epif. 17. & lib. 8. epif. 1.

Ad illa verba hujus textus, cum Principe terra, nota ex illis facilè constare, Episcopos renunciationem facere debere cum consensu Principis secularis: quod etiam probatur exemplis Greg. Nazianz. qui in sua oratione alloquitur Theodosium, & ab eo missionem impetravit, à quo in Episcopum promotus fuerat. Et Arnulphi Metensis Epiloci, qui à Clothario secundo petit cedendi facultatem, ut in historia Præfulum Metensem resurget. Olim autem causas renunciationum Episcoporum fuisse probatas in Concilio Provinciali, constat ex epistola 3. Concilij Ephesi ad venerabilem Synodum Pamphilæ, relatâ ab Harmenopulo in Breviario Canonum. tit. 8. & ex libello renunciationis Heracleensis Metropolitani, qui extat lib. 6. Iuris Orient. & ex notatis Balsam. in can. 76. Apost.

Ad finem commentarij capit. 2.  
adde.

Licet enim post renunciationem nullum jus retineat renuncians in beneficio, cap. 3. hoc tit. Carnot. epif. 131. tamen si denud eligatur, admittendus est ad possessionem, cap. ex infinazione 26. de simon. cap. 2. hoc tit. in 2. collect. Franc. Florens ad hunc titulum.

## In cap. 4. ad finem num. 7. adde.

Erita Imperatorem posse liberè Imperio renunciare absque Pontificis licentia, docuit Cujac. lib. 1. resp. Papin. in l. 20 ff. de officio Presid.

## Addenda.

## In cap. 8. adde

Certum est, clericum beneficio renunciantem in manu laici, illud non amittere, juxta tradita in cap. Admonet, hoc titulo. Nam sicut in adepitione beneficij ultra laici patroni consensum desideramus institutionem Episcopi, ut probavimus in cap. 9. de jure patron. ita in cessione desideratur superius, hoc est Episcopi instituentis autoritas. Nec sufficiunt patroni licentia; immo clericus in manu ejus beneficio renuncians, nihil agit, ut illud amittat, sicut alias nihil agere significat in §. finitur, de usfructu, & apud Vlpianum tit. i. docuerunt Franc. Florens, & Alteferra ad hunc textum, Ioan. Costa ad hunc tit. Nec contrarium deciditur in praesenti textu; nam in ejus specie clericus, qui renunciavit beneficium in manu laici, illo privatur, non quia renunciavit, sed quia ausus fuit iterum illud accipere de ipsis laici manu, contra sacros canones, quos retuli in cap. quisquis, de elest. Nec etiam contrarium docetur in cap. Gofaldus 18. quæst. 2. Nam in ejus casu renunciatione non fuit facta in manu Patroni laici, sed coram advocate, seu defensore Ecclesiae, qui pro laico non habetur, ut constat ex cap. Salvator 1. quæst. 3. cap. Præterea, cap. Cùm autem, de lurre paron. ubi de ejus officio agemus.

## In cap. 9. post verbum Carleoi, adde.

Eius mentio fit in cap. cùm venissent, de inst. apud Hoveden. in Henrico primo. Ecclesia vero, quæ in praesenti vocatur de Malebros, sita est in diœcesi Eboracenſi, & vocatur Milros, ut constat ex D. Bernardo in vita Malac. cap. 10. & Beda lib. 3. hist. c. 26. ab: Perrò fratribus, qui in Lindisfarne Ecclesia, Scoris absensibus, remanere maluerunt, Prepositus est Abbatis jure vir reverendissimus, ac mansuetissimus Eata, qui erat Abbas in Monasterio, quod vocatur Milros. Et idem lib. 4. cap. 27. Intravit autem primo Monasterium Milros, quod in ripa Turdi fluminis possum, tunc Abbas Eata, vir omnium mansuetissimus regebat.

## Ad finem comm. cap. 11. adde.

Hæc vera sunt, & sacrī canonib⁹ consona, nam eis qui devotionis causa relicto Episcopatu in monasterio secesserit, ut olim plures fecerunt, quos referunt P. Dam. in suis epist. Leo Ostiens. in ch. Cassin. lib. 2. cap. 17. ibi: Eodem tempore Adelbertus Selavorum Episcopus, relicto Episcopatu ex licentia Romani Pontificis ad hoc monasterium venit: iterum in Episcopum eligi possit; tamen qui ex gravi criminis in monasterio detrufi fuerant, sive Episcopi, sive laici, iterum ad honores Ecclesiae promoveri non poterant, ut probavi in cap. 1. de bigam. non ordin. Tamen pro vera interpretatione dicti capituli, hoc sciendum est, eum canonem falso Concilio CP. tibui à Phocio, seu portus eo proponente, editum fuisse contra Ignatium, quem renunciare ipse Phocius compulerat, & in Monasterium quali pœnitentia peragendæ causâ detruserat. Unde ut nulla spes restitutioñis illi maneret, curavit eo canone statui, ut quicumque de Pontificali dignitate ad monasticam vitam descendere, non posset iterum ad

Pontificatum promoveti. Latius prosequitur ipsius canonis historiam Christ. Lupus in schol. ad idem Concil. tom. 2. cap. 13.

## Ad cap. 2. de suppl. neglig.

Sordiditatem monachorum in hoc textu improbatam, jam notavit Arnulphus Lexov. ep. 69. Est quiddam, quod tam meam, quam alias vehementer angit Ecclesias, quorundam scilicet rapax, & intemperans audacia monachorum, qui quo liberius effuant, secularis potentia præsidia redimentes, primo Episcopis omnem obedientiam subtrahunt, & Parochiales Ecclesias cum altariis, & decimationibus, cateris que beneficiis, de manu laicarum recipere, patet quibuslibet, sacrilega temeritate presumunt. In his ergo ab eis, nec canonicus ordo, nec Episcopalis assensus exigitur, sed devocatis ad proprietatem omnibus, mercenarios in tanta paupertate ibi constitunt sacerdotes, ut ad exhibitionem suam & ad onera Ecclesie portanda, non habeant, quod opioni se sacrificerent, aut cursori. Generale est hoc, sed in Episcopatu meo vehementius hoc est graffata malignitas, nec iam nobis enjuslibet rationis obtinens, sed fallaciis ac muneras nobis, presidiisque violentie, secularis obstat.

## Ad cap. 1. de Sacram. non iter.

De manusimpositione in ordinatione Presbyteri, & Diaconi adhibita, agunt latè Morinus de Jersi ordinat. exercit. 7. & 9. Arcadius in concord. Sacram. lib. 6. cap. 6.

## In cap. 17. de filiis Presbyt.

Hujus corruptelæ Ecclesiae Anglicanae meminunt Anselmus lib. 2. epist. 33. Canonici quidam, & Presbyteri hoc illi Belvacensi Episcopo faciunt, quia eos à pravis consuetudinibus, & maxime à mulierum reproba conversatione vult prohibere, & filios eorum sive quos sibi secundum placitum heredes eligunt à præbendarum hereditaria successione, atque à sacrorum ordinum promotione conatur arcerere. Et Iohannes Saresbar. epist. 28. Inter carera Ecclesias de Effigiebam, quam eis potente Dominus fundi, donavit Dominus Voiaron in injuriam Apostolicæ Majestatis, & confusione sanctorum canonum, contulit cuiusdam publicano fere laico filio sacerdotiss, qui in eadem Ecclesia ministravat.

## Ad cap. 5. de corp. -viciat.

Retinendam esse inscriptionem Parisiensi Episcopo, & in hoc textu rescribere Innocent. Odoni, docet Novus Notator Petri Blef. ad epist. 126. ubi ejus præclara gesta referit.

## In cap. 1. de cleric. perez.

De formatis literis agunt Sirmond. in notis ad Sidon. lib. 6. epist. 8. Fabrotus ad lib. 3. tit. 1. parat. Balsam.

## Ad conclusionem textus in c. fin.

Illustrant Alteferra lib. 5. differt. cap. 19. Crespi tom. 1. observat.

Ad

## Ad cap. 1. de offic. Archidiaconat.

Archidiaconi officium à Principe Levitatum repetit And. Sausay de mysticis Gall Script. fol 111. Certum tamen est, jam à primis Ecclesia sacerulis Archidiaconos ordinatos fuisse; siquidem eorum mentio reperitur apud Optatum Milevit. libr. 1. Cum correptionem Archidiaconi Ceciliiani ferre non posset. Isidorus libr. 2. de divin offic. cap. 10. in Concilio Emerit. can. 10. Toledo. 4. can. 4. Aquisgran. 2. canon. 4. Cabil. 2. canon. 15. Paris. d. c. 2. can. 7. Matiticon. 1. can. 8. Aurel. 4. can. 20. Agath. can. 20. & 23. Altissiod. can. 6. 20. & 43. Braci. can. 5. In initio actor. Chalcedon apud Hormisdam epist. 36. Leonem Mag. epist. 92. Nam ab illis temporibus Archidiaconis varia munera credita fuerunt, quare dicuntur oculi, & baculi Episcoporum in cap. ad bac. hoc titul. & à Fulberto epistol. 34. qui ait Archidiaconum non tantum esse Episcopi oculum, sed dispensatorem pauperum, & incipientium catechizatorem. Arnulf. Sigillini tract. in Girard. cap. 1. Animarum custodes. Episcopates oculi. Ecclesia columnæ.

Unde illi publicam reconciliationem penitentibus dabant, cap. 2. de furtis: ordinando Episcopis representabant, ut probavi in capite unic. de scrut. Episcopo celebranti, & praedicanti assiduebant, ut passim legitur in Pontificali Romano. Imo & solenniter prædicabant. carceres visitabant. Concilium Aurel. 5. can. 20. Precesque in Ecclesia obulisse refert Divus Chrysostomus homil. 14. in epistol. ad Romanos. Quod illis prohibitum repertus in Concilio Arelat. 2. can. 13. Ne deinceps offerant Diaconi. Pro cuius expositione videndus est Saulay ubi supra. Viduarum, pupillorum, & peregrinorum cura illis competit. Concilium Carthaginæ 4. Clericorum mores corrigeant. Concilium Aurelianæ. 4. can. 26. Presbyteris Christma suo tempore tradebant. Concilium Altiss. can. 6. Alta eorum officia refert S. I. lid. in epist. ad Landif. Cordub. Episcop. quam refert Loylas ad finem Concilii Toletan. 8. & nonnulla complectitur Raymundus in hoc tit. Quæ omnia accipienda sunt, si adist consuetudo legitimè præscripta: ideo permulta jam ubique obleverunt; alia quibusdam tantum in locis retinentur. Ob hanc in spiritualibus jurisdictionem, & in temporalibus administrationem, lapsi temporis coepérunt Archidiaconi non solum aliis Diaconis, verum & Archipresbyteris præponi, cap. Archipresbyter. 25. diff. Quare legimus hanc elationem coërcitam in can. 14. Concilii Nican. Laodice. can. 24. Carthaginæ. 4. can. 37. Agath. canon 65. Arelatensi. 1. canon. 14. Andeg. can. 2. Ut Diaconi noverint Presbyteris cum omni humilitate defendum esse. Cabil. 2. canon. 15. Dicendum est, quod in plerisque locis Archidiaconi super Presbyteros parochianos quandam exerceant dominationem, & ab eis censum exigant; quod magis ad tyrannidem quam ad rectitudinis ordinem pertinet. De qua Diaconorum elatione compescenda est in cap. statutis, de majoritat. & obedient. & vindendi sunt Moribus de sacris ordinat. exercit. 16. cap. 3. per totum. Novus Notator Petri Blef. ad finem.

## Ad tit. de offic. Archipresbyt.

Archipresbyterorum dignitas valde antiqua D. D. Gonzal. in Decretal. Tom. V.

in Ecclesia est, siquidem ejus mentio fit in Concil. Carthag. 4. can. 17. Episcopus gubernationem viduarum, & pupillorum, ac peregrinorum, non per se ipsum, sed per Archipresbyterum, aut per Archidiaconum agat. Ratio autem instituendi eos, ea fuit, nam aucto fidelium numero per urbæ, agros, & vicos, necesse fuit ibi plures Presbyteros instituere; & licet primis temporibus, qui prærerat omnibus his Presbyteris, tantum primus Presbyter diceretur, postea dictus fuit Archipresbyter, qui curam gerebat presbyterorum urbicorum, seu rusticorum, etsi in Ecclesia Orientali tantum primus Presbyter, vel Protopresbyter appellaretur, ut probat Moribus de sacris ordinat. exercit. 16. cap. 2. Iurisdictione Archipresbyteri pro locorum, & temporum varietate fuit, modò præscriptione aucta, modò relata. Quæ fuerit antiquitus, conflat ex hoc titulo, & ex hoc Concilio Alquissgran. i. can. 4. Epaun. can. 8. Archipresbyter dum diecessimus tenet, debitis que emerit, aut Ecclesiæ nomine scripturam faciat, aut ab ejus, quam tenet, Ecclesiæ ordinatione discedat. Concilio Alquissiod. can. 44. Si quis ex secularibus institutionem, unius communionem Archipresbyteri fecit, contumacia faciente, audire distulerit, tamdiu à liminibus sancte Ecclesiæ habeatur extraneus, quando in tam salubre institutionem adimplere distulerit. Sic cap. 4. 2. diff.

## In cap. 3. num. 2. adde.

Benedictionem ergo majorem, & solennem Archipresbyter dare non potest, sed tantum Episcopus, cap. Denique 21. diff. vel Abbas, cui ex privilegio competit, cap. Abbate, de privil. lib. 6. Minoriter vero Archipresbyter dare potest ex hoc texitu, & cap. Ecce ego, 95. diff. cap. cum ad celebrandas, de conf. cr. diff. 1. Facit D. Hieron. ad Russicum Narbon. Episcop. de septem gradibus: Presbyter Christum consecrat, cum in altaro. Dei sacramenta benedicat, benedicere populo non debet, qui Christum etiam meruit consecrare? Notavit Alteffera lib. 6. diff. cap. 9.

## In cap. 4. num. 1.

Hæc etiam verba reperiuntur in can. 13. Concil. Regiat. celebrati anno 850. ex quo hunc textum transcriptum esse credit Alteffera libr. 6. diff. cap. 8.

## Ad tit. de offic. Custodis.

In cap. 2. ad finem numeris, adde Casal. de ritibus Eccles. cap. 41. Fortun. Schae. tom. 2. Etcc. cris. cap. 6.

## Ad tit. de offic. Deleg.

In cap. consuluit. 24. num. fin. adde: Celsorius de die natali, cap. 24. Plurimi supra posse occum solis esse existimant, quia est in duodecim tabulis scriptum sic: Sol occasus supra maxima tempestas esto. Unde Caius libr. 1. inscrit. tit. 2. § 31. scripsit, Magistribus vespertinis temporibus in publicum esse inconveniens fuisse. Et Iustinianus in prefatione Novel. 13. ait: Sole decimamente exurgit cingulum, quiescit autem sole debilitate. Et in lli 2. Novel.

*Novel 82. Italiani, cap. 76.* jubentur sedere Iudices in Basilica à manè usque ad vesperam. Faciunt Div. Cyprian. de lapis. Div. Augustinus ad Donatum post collat. cap. 12. Illustrat Filefacus libr. 3. sect. part. 2. 82.

### Ad tit. de offic. Ordin.

In cap. 5. ad fin. num. 5. addit. Hæc etiam sententia probatur ex eo, quod excommunicatio est censura propria fori Ecclesiastici. Diony. Areop. de Eccles. Hierarch. cap. 7. Sic etiam segregandis habent Pontifices, ut Interpretes divina iustitiae. Quare dicitur mucro Episcopalis, & in capit. viii. 56. quæst. 2. Bannus Episcopalis, in Concilio Tribur. can. 18. Nemo contemnat, neque transgrediviatur bannum ab Episcopis superpositum. Et cum excommunicatio à SS. PP. comparetur deportationi, quare appellatur bannus Christianitatis, in Concilio Agathensi relato in cap. 2. de purgat. canon. interdictum Christianitatis apud Matthæum Patid. in editto Henrici II. Regis Anglie: Si quis inventus fuerit ferens literas Domini Papæ, ad mandatum Thome Archiepiscopi Cantuariensis interdictum Christianitatis, arceatur, & retineatur. Sieu jus deportandi tantum fuit penes supremos Magistratus; ita potestas excommunicandi resideret penes supremos Antistites. Accedit, nam si Presbyter non potest reconciliare solemnitatem concilium Carthaginens. 2. can. 3. Cartag. 3. can. 86. cap. quamvis, 68. distin. cap. ministrare 26. quæst. 6. quomodo poterit eum communione Ecclesiæ privare? Prio rem tamen sententiam defendit Allesserra lib. 6. differt. cap. 8.

### Ad titul. de maioris. & obed.

In cap. final. addit. Allesserra libr. 4. de rebus Aquit. cap. 4.

### Ad titul. de treuga, & pace, cap. 1.

Peregrinorum privilegia refert Gretherus de peregr. cap. 11. & de Agricolis agit Maclerus 3. part Monarch. libr. 5. cap. 5. & pro expositione canonis 3. Arelat. 1. videndus est Samuel Petitus lib. 6. observ. cap. 15.

### Ad tit. de Procurat. cap. 3.

Illustrat conclusionem Ranchinus libr. 3. var. cap. II.

Addenda, & suis locis reponenda in Libro secundo.

### Ad tit. de iudicis, cap. 1.

DE potestate deponendi Episcopos agit Maclerus 2. part Monarch. libr. 3. cap. 5.

### In cap. 2.

Imperatores Catholicos retinuisse nomen Pontificis, doctè probat Seldenus tom. 1. de jure Synod. libr. 1. cap. 10.

### In cap. 5.

Præsentem conclusionem agnovit Joan. Sarisbar. epist. 89. Unde, ut afferabat, illustris Bleſſenſum Comes Theobaldus, Princeps quidem iustitia amator, & juris Cismontani peritissimus, ad quem Episcopus Wintoniensis liberorum causam transmisserat, eo quod ad ipsum res ita jure fendi pertinebat, accitis potioribus Episcopis Gallicis, consilio eorum, aliorumque sapientium, causâ cognita, patre defuncto, eos legitimos agnoscit heredes, tisque obesse non debere censuit quicquid in frandem eorum dolus artifex procuravit.

### In cap. 8.

Immunitatem clericorum probant Grethi. lib. 2. confid. aduersus Venetos, per totum, Sperellus decisi. 17. & 18.

### In cap. 10.

De anathemate, & ejus usu agit Seldenus tom. 1. Synod. lib. 1. cap. 8.

### Ad titul. de foro comp. cap. 1.

Historiam hujus Concilii Chalcedi, fusò narrat Christineus Lupus in scholis ad Concilia Gener. tom. 1. cap. 8.

### Ad tit. de feriis, cap. final.

De Paschate videndus est Nicol. Fabet in notis ad epist. 83. libr. 10. Div. Ambros. &c de Roracionum usu agit Sirmondus ad Sidon. libr. 5. epist. 14.

### Ad tit. de restit. spol. cap. 8.

Hanc spoliarii restitutionem investiri, seu revestiri dixerunt Gofridus Vindoc. libr. 2. epist. 13. ad Joann. Carnot. Rogamus interim, dilectissime Pater, humilitate quæ possumus, ut debitis, quæ Nivellus, & sui nobis violenter abstulerunt, & ab his crudeliter detinent, vestri a eos cogente iustitia, mereamur investiri; quia rebus propriis spoliati, sicut ipsimeliis nostris, antequam que eis ablatæ sunt, universa potestati eorum restituantur, ad judicium minimè debent convocari. Suger. in vita Ludovici Cralli: Velociter siquidem de Curia exirent, qui Comitem convenientem extraordinari, & spoliatum ordinariè vestiri ore defensoris præcipiant, de jure in Curia eis ratiocinando, certa die decenter. Ivo Carnoth. epist. 172. Unde etiam dicebat, prius se esse reverendum, antequam transiret ad actionem altiarum censoriarum.

### Ad titul. de probat. cap. 8.

Illustrat conclusionem hanc Sperel. decisi. 15. Crespi tom. 2. observ. 35. cum duabus sequentibus. Ad

*Ad tit. de Iurejurando, cap. 4.*

In præsenti textu referri formam præstanti ju-  
ramentum accipiunt, probant Franc, Florens de  
authoritate & usi palij, Sausay de mysticis Gallie  
Ser. prioribus, cap. 3, & de parte illa servandi cano-  
nes agit Sperellus *decisione* 113. Qui etiam *decisi-*  
106. *examinat*, an per procuratorem fidei profes-  
sio fieri possit. Et de peregrinatione ad limina  
Apostolorum agit Grethesius *in opere de peregrini-*  
*nis*, cap. 12.

*In cap. 9. num. 2.*

Obsides plerumque dicuntur fidejussores. At-  
nulphus Lexov. epist. 12. ad Abbatem S. Ebrulf.  
Propter quod Hagonis, & Progonis decambium  
gravi instantia nos infestat, super pecunia, quam  
predicti predecessorii vestro, torque Capitulo credi-  
derit: hijs solutionem certum est, ipsum, & uni-  
versitatem nostram, fide per vicarii manus corporo-  
raliter interveniente, firmasse: ad maiorem quoque  
cautelam desem de fidelibus monasterii pari vinculo  
se nihilominus adstrinxerunt, quo scilicet credito-  
rum providentia magis idoneos credidit ad solven-  
dum.

*In cap. quanto 18.*

Conclusionem hujus textus illustrat Crespi  
tom. 2. obseruat. 101. & circa originem moneta  
signata, videndum est Fortun, Schac. tom. 2. E-  
leocris. cap. 3.

*Ad cap. 26.*

De necessitate, & abusu juramenti plura conge-  
nit Joan. Filefac. lib. 2. selecit. cap. 1.

*Ad cap. Sicut 29.*

Conclusionem hujus textus illustrant Crespi  
tom. 1. obseruat. 16. Galeota repons. 13. Fisc.

*Ad cap. Petatio 31.*

Donationem Constantini Magni refert, & pro-  
bat Maucl. 3. part. Monarch. lib. 1. cap. 9 & de aliena-  
tione. ad Regiam coronam spectantium, agit Crespi  
tom. 1. obseru. 84.

*Ad tit. de appellationibus.*

*In cap. si duobus* 7. add: Quando appellatio ad  
patem admitti possit, exponit Ranchinus lib. 1. var.  
cap. 9. & ad Pontificem ex omnibus Ecclesiæ par-  
tibus appellandum esse probat Maucl. tom. 1. Mo-  
narch. lib. 3. cap. 9.

D.D. Gonzal. in Decretal. Tom. V.

Addenda & reponenda  
in Libro tertio.*Ad tit. de rit. & honest. cler. cap. 1.*

Illustrant canonem hunc Alteferra lib. 6.  
dissertat. cap. 18. Christ. Lupus in canon. 69.  
Synod. 6.

*Ad finem solutionis difficultatis*, add: Laicos  
nec oblationis causâ ad altare accessisse, constat ex  
Heraldo Archiepisc. Turon. cap. 7. *Ut populus ex-*  
*tra cancellos stet, ejusque oblatio extra cancellos re-*  
*cipatur*. Thodulf. Aurel. cap. 6. *Femina sacerdote*  
*Missam celebrante, nequaquam ad altare accedant,*  
*sed suis locis stent, & ibi sacerdos earum oblationes*  
*Deo oblatus accipiat*. Quamvis in nonnullis  
Ecclesiis contrarium observatum fuisse credat  
Christ. Lupus in d. can. 69.

*Ad cap. 2.*

De armis à clericis non deferendis agit Sperell.  
*decisi. 22. & 124. cum sequentibus.*

*Ad Cap. 3.*

De cantu Ecclesiæ, & ejus usu videndum est Fi-  
lesac. selecit. pag. 197.

*Ad cap. 4.*

Antiquitatem tonsuræ clerialis probant Mori-  
nus de sacris ordines exercit. 15. Casal. de ritibus Ec-  
cles. cap. 49. Sirmund. ad Sidon. lib. 4. epist. 24.

*Ad cap. 5.*

Eundem barba usum pro distinctione Regio-  
num agnoscit Petr. Aurel. contra Sirmundum, tom.  
3. pag. 609.

*Ad cap. 12.*

*In can. 1.* Concil. Altiss. legendum esse vitulæ,  
aut cervulos facere, probat Petrus Aurel. contra Sir-  
mundum, tom. 3. pag. 615.

*Ad cap. 14. in comment. in fine,*

Adde.

Facit D. Chrysost. homil. 1. ad Antioch. Facia-  
mus sodalitia, & classes, & quod in convivis pat-  
teres faciunt, quantum non potest quisque solus con-  
vivum exhibere perfectum, convenientes omnes in  
unum ex symbolo conviviorum conferunt, hoc & nos  
faciemus. Eodem fere in sensu prohibuit Ansel-  
mus Cantuar. lib. 2. epist. 7. clericis in gilda bibere,  
id est in collegio sodalium: *De Domino Henrico*,  
*qui Camerarius fuit, audio quia in multis inordina-*  
*tè se agit, & maxime in bibendo, ita ut in gilda cum*  
*ebriosis bibat, & cum eis se inebriet. Et mox: Ne*  
*postquam hanc nostram prohibitionem agnoverit,*

amplius in gilda, aut in conventu eorum, qui ad  
inebriandum solum convenient, bibere audeat.

*Ad tit. de cohabit. cleric. cap. I.*

Conclusionem hujus textus illustrat Alteferra  
lib. 5. dissert. cap. 12. Annibal Fabrotus ad lib. 1. tit.  
4. parat. Balsam.

*Ad tit. de clericis conjug. cap. I.*

Illustrant præsentem assertionem Nicol. Faber in  
opus. de celib. sacerd. Lindan. tract. de voto virgin.  
Casalius de ritibus Eccles. cap. 54. Novus Notator  
Petri Bleensis ad epist. 81. Et à quo tempore Sub-  
diaconis matrimonium interdictum sit, exponit  
Morinus de scris ordin. exercit. 12. cap. 5.

Quid tamen quoad privationem beneficij pro-  
cedat, si nullum sit matrimonium ob impedimentum juris, exponunt Barbo de port. Episc.  
alleg. 57. num. 212. Escobar de purit. 1. p. quest. 4.  
§. 7. num. 57. Giurba consil. 15. num. 7. Rucciolus  
de jure person. lib. 7. cap. 2. Olea de cess. jur. tit. 2.  
quest. 5. num. 9.

*Ad cap. 4.*

Conclusionem illustrat Alteferra lib. 5. dissert.  
cap. 16. Verba legis secunda, ff. de in jus voc. hoc  
commentario relata, ita transcrit Theodorus  
Omopolites in Regio codice: *Nec eos, qui prop-  
ter loci religionem inde secedere non possunt, id est  
inclusos monachos, vel mansionarios. Videndum  
Fabrotus in notis ad lib. 2. parat. Balsam. titulus de  
sacerdot.*

*Ad tit. de probendis, cap. 4.*

De titulo alia congerunt Selvanus tom. I. Syned.  
lib. 3. cap. 5. Alteferra lib. 5. dissert. cap. 2.

*Ad cap. gravi 29.*

Doctrinam hoc commentario traditam illu-  
strat Filelac. lib. 2. select. cap. 4.

*Ad tit. Ut Eccles. beneficia.*

Doctrinam in numero primo traditam, pro-  
bapt D. Bernard. de vita cleric. cap. 3. P. Bleensis  
epist. 60. ubi illustravit ejus Novus Notator.

*Ad tit. de emption. & vendit.  
capit. 3.*

Illustrant conclusionem hujus textus Fontani  
ex decisione 60. usque ad 68. Capycius Latro con-  
sultat. 124. Noguerol. alleg. 29 num. 217. Merenda  
lib. 1. controvers. cap. 34. Valenzuela consil. 182.  
num. 3.

*Ad tit. de locato, cap. 3.*

Videndum Marchinus de bello divino, pag. 9.  
cap. 6. & 7.

*Ad cap. Potuit 4.*

Videndum Sperellus decif. 71.

*Ad tit. de Pignoribus, cap. I.*

*Ad finem num. 1.* Etiam haec verba reperiuntur  
in ordine Romano, tit. de divin. offic. Sacra  
vasa, & vestimenta sacerdotalia nolite in vadum  
dare negotiatori, aut tabernario. Et lib. 1. Capitul.  
Caroli, cap. 94. De sacris vasibus Ecclesia, que in  
pignus à nonnullis in quibusdam locis dari compen-  
mus, inhibitum est, ne deinceps à quequam fieri  
presumatur, nisi solunmodo necessitate redimendo-  
rum captivorum compellente.

*Ad tit. de testamentis, cap. 2.  
num. 8.*

De diaconissis videndi sunt Morinus de scris  
ordin. exercit. 16. Casal. de ritibus Eccles. cap. 29.

*Ad Cap. Officijs.*

Videndum Sperellus tom. 2. decif. 176.

*Ad titul. de success. ab intest.*  
*cap. 1.*

De successionibus clericorum ab intestato agit  
Crespi tom. 2. observ. 51.

*Ad titul. de sepulturis,*  
*cap. Sacris.*

Rationem decidendi probat Gofrid. Vindocia.  
lib. 3. epist. 38. Authoritatem sanctorum canonum  
firmiter tenemus, & nullatenus dubitamus; quia  
quibus nec vivis communicamus, nec mortuis com-  
municare debemus.

*Ad titul. de Parochijs.*

Parochiæ erymon illustrat Mauckerus tom. I.  
monarc. lib. 5. cap. 7.

*Ad titul. de regularibus,*  
*cap. Vidua.*

De velis virginum, & viduarum, agit Maria  
Florent. in Martyr. die 19. Novemb. exerc. 15.

*Ad cap. Cum verum 12.*

Illustrat conclusionem hujus textus Novus No-  
tator P. Bleensi. ad epist. 54.

*Ad titul. de convers. conjug.*  
*cap. 1.*

Probat conclusionem hujus textus D. August.  
epist. 45. Nam & vovenda talia non sum à conjugâ-  
tione.

ris, nisi ex consensu, & voluntate communi. Illustrat Fabrotus in l.52. tit.3. lib.1. parat. Balsam.

*Ad titul. de relig. domib. cap. 3.  
num. 4.*

D. Augustin. in Ioannem, tral. 97. Xenodochia, & Monasteria postea sunt appellata novis nominibus, res tamen ipse & ante nomina sua erant, & religionis veritatem firmantur. Ioan. Cantacuz. libr. 4. hif. cap. 30. D. Basil. epist. 371. ad Elviam. Quid peccamus, diversoria peregrinis exsuffuentes, qui hoc forte advenierint? Ea loca Iulianus exstrui juberet, ut ibi inopes sine discrimine excipiantur, in epistol. 49. ad Arficium, de quo Theophanes in Chron. Christiana beneficentia ille nefarius, & prevaricator, peregrinis, & egenis res necessarias edixit suppeditari. De Notocomio agunt D. Hieronym. in epist. Fabiola, Doroth. doctr. 4. Nicetas Choniat. in Ilacio Anglo. Regias ades in Notocomium mutavit.

*Ad titul. de Iure patronat. cap. Pre-  
terea 13.*

De his advocatis Ecclesiarum latè agit Morin. de sacr. elect. exerc. 18. cap. 8.

*Ad tit. de censibus, cap. 6.*

Rectors provincias suas visitasse constat ex M. Tull. vers. 5. & probat Alteffera libr. 5. differt. cap. 8.

*Ad cap. Ea que 12.*

De hoc denario D. Petri agunt P. Blefensis in invent. contra depravat. Matth. Westmonast. in floribus Anglie ann. 727. & 794. Roger. part. 2. ad annum 1180. Quorum verba refert Novus Notator P. Blef. ad d. invent.

*Ad cap. Olim.*

Explicar præsentem assertionem Crespi tom. 2. obser. 102. cum seq.

*Ad titul. de consecrat. Eccles.  
cap. 9.*

De hac peregrinatione ad D. Iacob. agit Greth. de peregrin. cap. 16.

*Ad tit. de celebrat. Miss. cap. 1.*

De horis canoniciis agunt Casal de ritib. Eccles. cap. 45. Torre in 2.2. D. Thom. q. 83. art. 17.

*Ad cap. 6. num. final.*

Verba illa valde malii, exponunt Torre ad 2.2. D. Thom. quest. 83. art. 4. per totum. Filelac. libr. 2. sekst. fol. 409.

*Ad cap. Sand.*  
Illustrat textum hunc Alteffera libr. 6. differt  
cap. 4.

*Ad tit. de Baptismo, cap. 1.  
num. 2.*

De hac tria mersione agit Arcudius in con-  
cord. lib. 1. cap. 9.

*Ad cap. 2.*

Baptismum iterari non posse probant Tertull. de judic. cap. 16. Denudo ablui non licet. Et de Bap-  
tism. cap. 15. Semel lavacrum, minus semel delicta  
distantur, quia ea iterari non oportet. D. Augustinus in epist. 203. Rebaptizare Catholicum immo-  
nissimum scelus est. Avitus Viennen. infrag. ex  
lib. contra Arianos. Unum baptisma non itera-  
mus. Rich. à S. Victore de Sacram. part. 15. c. 13.

*Ad tit. de cust. Eucharist.*

Morem servandi Eucharistiam in domibus illu-  
strant Morinus de sacris ordin. exercit. 12. cap. 3.  
Leo Allat. in append. de templis Grecor. Casal. de  
rit. Eccles. cap. 13. & de turiculis ubi servabatur  
agit Colvenerius ad Flodoard. fol. 42.

*Ad tit. de Reliquiis, cap. 1.*

Videndi sunt Casal. de rit. Eccles. cap. 67. &  
68. Maucl. 2. p. Monarch. lib. 4. cap. 7.

*Ad tit. de obser-v. jejun. cap. 2. ad cal-  
cem literæ textus, adde.*

Datum Rome apud S. Petrum 11. Kal. Martii,  
Pont. N. Anno 8. ad quem annum refert textum  
hunc Odor. Raynaud. eo anno num. 33.

De vigiliis plura congesit Franc. Maria in Mar-  
tyrol. exerc. fol. 195.

*Ad cap. final.*

Anno 5199. à creatione mundi, olym, 194. ab  
urbe condita 752. Christum Dominum natum  
suisse refertur in Martyr Rom. & probat Baronius  
ibi, atque ejus vigiliam, de qua in præfenti agitur,  
illustrat Franc. Maria Florent. d. exercit. 2.

*Ad tit. de Eccles. edific. cap. 1.*

Conclusionem hujus textus illustrat Sperellus  
decisi 67.

*Ad tit. de immunit. Eccles. cap. 1.*

Missus qui dicatur, exponit Colvenerius ad  
Flodoar. cap. 18. Conclusionem illustrat Sperellus  
decisi 51.

## Addenda.

## Ad cap. 4.

Conclusionem illustrant Casal. deritib. Eccles.  
cap.72. Sperel. decis.34. cum seq.

## Ad cap. Inter 6.

Præsentem assertionem explicit Crespi tom.2.  
obser.63. Sperellus decis.60. cum duab. sequent. &  
decis.127. & 148. cum duab. seq. & tom. 2. ad finem,  
in epist. ad Duxem Esterensem.

## Ad tit. Ne cleric. vel mon. cap. 5.

De clericis arcendis ab officiis secularibus  
agit Galeota respons. Fis.12. cap.8.

Addenda, & suis locis reponenda in  
Libro quarto.

## Ad tit. de sponsalibus, cap. 1.

De nuptiis per confarreationem celebratis agit  
Seldenus in uxore Hebraica, libr.2. cap. 20. cum  
sequentibus.

## Ad cap. 3.

De impedimento publicæ honestatis agit  
Sperellus decis.95.

## Ad cap. Veniens 15.

Conclusionem illustrat Filescus lib.2. select. cap.  
3. Sperellus decis.5.6. & 75.

In numero 5 hujus commentarii, post Quinti-  
lianum, addit: D. Ambros. in epist.1. ad Corinth.7.  
*Id est, quem sibi aptum putaverit, illi ubat, quia  
invite nuptia solent malos proventus habere.* Div.  
Cypr. de habitu virg. *Quis illi in nuptiis locus  
est, cui animus ad nuptias non est.* Illustrat File-  
scus lib.2. select. cap.3.

## Ad cap. Inter 20.

Sententia Raynaudi vera est, & reperitur textus  
hic libr.1. epist. Innocent. 11. apud Sirenum fol.  
55. & in eo scribit Pontifex universis Christi fi-  
delibus.

## Ad tit. de sponsj. impub. cap. I.

De consensu parentum ex utroque jure agunt  
Arcudius libr.7. concord. cap.6. Ranchinus libr.2.  
var. cap.4.

## In cap. final.

De anulo pronubo apud Hebreos usitato agit  
Seldenus libr.2. uxor Hebraic. cap.14. De ejusdem  
usu apud Gentes, testes diserti sunt Plinius lib.33.  
histor. cap.1. *Qui obligationem acceperant, aureis  
in publico tantum utebantur; intra domos vero fer-  
reis.* Quo argumento etiam sponsa annulus ferrens  
mittitur, iisque sine gemma. Juvenalis sat.6.

Pectoris, & digito pignus fortasse dedisti.  
Quod de anulo pronubo intelligendum probat  
Scalig. lib.10. exercit. cap.10.

## Ad titul. de sponsa duorum.

De polygamia ex jure Hebraeorum agit Selle-  
nus in uxor. Hebraic. cap.10. & lib.5. dejur. natur.  
Hebr. cap.6.

## Ad tit. de condit. apposit. cap. 1. fin.

Conclusionem hujus textus illustrat Reusnel,  
de oblig. 2.p.n.69. & de triplici bono coniugii la-  
te, & eruditè agit Filescus libr.2. select. cap.6. cum  
sequentibus.

## Ad tit. de coniug. servor.

Conclusionem illustrat Arcud. libr.7. concord.  
cap.3.

## Ad titul. de consanguin. &amp; affinit.

Nuptias cum sororibus fas fuisse apud Persas  
celebrare, refert Eusebius libr.3. preparat. Evang.  
adeo ut Lucianus libr.3 de sacrific. ludens de Jo-  
vis coniugio cum forore sua Junone dicat, eum  
fecisse secundum Persarum, & Assyriorum leges.  
Quinimò Atheniensibus fratribus, ac fororum con-  
jugia legibus permisla fuisse refert Octavius a-  
pud Minutium: *Egyptiis & Atheniensibus cum  
sororibus legitima connubia.* Non tamen licet  
fororum ex eadē matre ducere, sed prognatus  
ex eodem patre. Philo Judæus in 6. præcept. Inde  
Seneca de morte Claudi, ubi illi obicit fororis  
nuptias, ait: *Athenis dimidiam, licet Alexandria  
totam.* Emil. Probus in Simone: *Habuit in ma-  
trimonio sororem germanam suam Elpinicen, non  
magis amore, quam patri more ductus.* Athe-  
niensibus enim licet eodem patre natas uxores du-  
cere. Videndi sint Wuber. in notis ad Minu-  
tium, fol.163. Boëtius in Herodian. fol.71. Mureus  
in face critica 15. tab.5. & 7. cap.1. Lipsius ad Ta-  
ci. nota 8. & 80. Castal. variar. cap.12. Raderus  
ad Martialem, fol.24.

Prohibitionem nuptiarum inter consobrinos  
agoverunt PP. Ecclesiæ, quos refert Novus  
Notator P. Blef. ad epist. 83.

## Ad tit. de Frigid. cap. 1.

Conclusionem hujus textus illustrant Sam. Pe-  
titus lib.6. obser. cap.6. Sperellus decis.140.

## Ad titul. qui filii sunt legitim.

cap. 13.

Literas legitimationis Philippi Regis Galliz,  
ex veteri charta edidit Nov. Notator P. Blefens.  
ad calcem eius operum, fol.794. in hac verba:

Innocentius Episcopus servus ser-  
vorum Dei. Venerabilibus Fratribus uni-  
versis Archiepiscopis per Regnum Fran-  
corum

corum constitutis, salutem & Apostolicam benedictionem. Apostolica Sedes, quæ Deo disponente, cunctorum fidelium mater est, & magistra, prædecessorum nostrorum temporibus diversis causis inspectis, cum quibusdam minus legitimè dispensavit genitus, etiam ex adulterio procreatis; quos ad actus speciales legitimus, in Pontifices quoque promoveri concessit. Cum igitur major idoneitas in spiritualibus quam in secularibus requiratur, dubitari non debet, quin ipsa tales ad actus legitimare valeat secularis, præsertim ad petitionem eorum, qui præter Romanum Pontificem, alium inter homines superiorum minimè recognoscunt, habentem hujus potestatem, Quoniam igitur charissimus in Christo filius noster Philippus Rex Francorum, præter primogenitum suum, quem de conjugi prima suscepit, aliam prolem non habeat, nisi puellum, & puellam, quos ei nobilis mulier quandam filia nobilis viri Ducis Merania peperit, nuper defuncta, de sua posteritate providere cogitans, à nobis humiliter postulavit, ut eos legitimare per favorem Sedis Apostolicae curaremus, vehementer affirmans, quod postquam ven. frat. noster Guillermus Senonensis Archiepiscop. S. Sab. Card. tunc Apostol. Sedis Legatus, inter eum, ac charissimam filiam nostram I. Reginam Francor. illustrem divorii sententiam promulgavit, licet ipsa sententia per Sedem Apostolic. protinus fuerit revocata, propter judicarium ordinem non servatum; nonnulla tamen ad ipsum de alia ducenda prohibito facta pervenit. Et propter probations affinitatis exhibitas coram eodem Archiepiscopo quas idem Rex veras esse credebat, inter eum ac prefatam nobilem putabat esse vinculum coniugale: quamquam nostra fuerit auctoritate compulsus, ut & ipsum dirimeret, & Reginam reciperet memoratam. Nos igitur attentes in eo devotionis constantiam & fidei pietatem, quam à progenitoribus ex Romana Ecclesia, quasi quodam hæreditario jure contraxit, ut tam honori Regiae dignitatis, quam utilitati, & necessitatibus Regni Franc. providè consulamus, prædictos puerum, & puellam de speciali gratia legitimationis titulo de communi fratum nostrorum consilio decoramus, ut nullus eis in natalibus defectus obstat; ita videlicet, ut per hoc nullum eidem Regi, & prefata Reginae in matrimoniali causa præjudicium generetur. Vos ergo quod super hoc à nobis

est provida deliberatione statutum, & vos ipsi firmiter observeritis, & ab aliis faciatis per censuram Ecclesiasticam inviolabiliter observari, & cum ab eodem Rege fueritis requisiti, secundum formam præscriptam solenniter publicetis. Datum Anagenie 4. Non. Novemb. Pontificatus nostri anno 4. anno Christi 1201.

#### Ad cap. Ex tenore 14.

De Matrimonio putativo agunt Giurba ad consitutum Messan. cap. 1. gloss. 1. ex num. 27. & cap. 16. Selle decisi. 145. Solorianus lib. 2. de jure Ind. cap. 21.

#### Ad titul. Qui matrim. accus.

cap. 2.

Præmixtum hanc Visitatorum explicant Larrea al. leg. 101. numero 20. Verarte de visit. cap. 3. & num. 61.

#### Ad titul. De di-vortiis,

cap. 1.

De divortiis ex jure Hebreorum late agit Seldenus lib. 3. uxor. Hebraicar. ex cap. 18. usque ad 28. & de illis ex utroque jure in cap. secundis.

#### Ad cap. fin.

Præceptum legis Moysis de ducenda reliqua fæcbris, illustrat Seldenus lib. 1. uxor Hebraic. cap. 12. cum sequenti. Videndus Joan. Cæsal. var. leet. fol. 25.

#### Ad tit. de secundis nuptiis,

cap. fin.

De poenis non abolitis præsentis constitutio- nis agunt Valent. consil. 13. ex num. 12. Giurba ad consitut. Messan. cap. 8. gloss. 1. Paschal. de vir. patr. potest. part. 3. ex num. 50. cap. 10. Sperellus decisi. 32. & 33.

Addenda & reponenda in Libro quinto.

#### Ad tit. de hereticis, in cap. 1.

**H**æreticum enim facit pertinax offensionis defensio, & obstinata falsitatis propugnatio non humanæ infirmitatis ignorantia, sed pervicacia. Anast.

Anast. Biblioth. in epistola ad Joannem Diaconum: Cum hereticus non ex erroris tamquam deceptione, quantum ex electione non recta, & contumacia pertinacia gesseretur.

*Ad cap. 5. eod. tit. in solutione rationis dubitandi.*

Hermianus lib. 10. Dicunt probare se posse, noscere quos heretices post mortem frisse dannatos.

Rigord. de gestis Philip. August de Amalario; Etiam post mortem fuit excommunicatus, & condemnatus, & a cemeterio sacro dejectus, & ossa, & cinis ejus per sterquilinia sunt dispersa. Varia exempla refert Joannes Cantachuzen, libro 4. capite 23.

*Ad tit. de Magistris.*

Iu cap. 4. ad finem num. 3, addit: Altera lib. 6. differt. cap. 7.

## FINIS

